tand pertinent onerati & jurati annuatim ad Cur' vis Franc' Pleg pdict' eligerunt & eligere usi fuer' & consuever' duos vel plur' idoneos hoies de Inhitan infra Manerium pdict' & pcinct' Cur' pdict' in officium Scabanger (Anglice for Scabengers) infra precinct' Manerii pdict' ad officium illud exercend' p uno anno integro post eleccônem pdict' Et quousque alii suis locis in forma pdict' eligerentur Et quod illi qui ita elect' forent secundum consuetud Manerii pdict' solent & debent acceptare & exercere officium illud in forma pdict' & nihil in contrar' ronabilit' ostendere potuerunt Et pdict' A. P. & G. ulterius dic' quod pdict' E. diu ante pd tempus quo &c. videlicet die &c. Anno &c. & continue postea fuit & adhuc est Inhitans infra Maner pd & precinct' Cour pd quodq; pdict' tempore quo &c. scilt ad Cur' vis Franc' Pleg pdict' Majoris & Coitatis ac Civium Civitat' London predict' Manerii sui pdict' tent' apud S. secundum cons Manerii pd infra mensem post Festum Sci Michis Archi scilt die &c. Anno &c. coram tunc Senescallo pdict' Majoris Coitatis ac Civium dce Civitatis London Manerii supradict' pd E. adtunc existen Inhitans infra precinct' Manerii pdict' coram J. M. &c. cum aliis adtunc ibit existen Inhitan & residen infra Manerium pdict' & precinct' Cur' vis Franc' Pleg pdict' & in eadem Cur' per Senescall' pdict' onerat' & jurat' ad inquirend & presentand ea que ad visum Franc' Pleg pertinen electus fuit secundum cons Manerii predict' fore unus Scabenger infra precinct' Manerii pdict' pro uno Anno integro tunc prox' futur' & quousque alius in loco suo eligeretur juxta cons Manerii pdict' Et quod pd E. apud S. predict' post eleccônem predict' scilt &c. Anno &c. supradco inde hens noticiam ac per predict' Senescall' ejusdem Cur' in pdict' plena Cur' vis Franc' Pleg predict' adtunc & ibm requisit' existen quod ipse idem E. officium suum secundu cons ejusde Manerii acceptare & exercere vellet idem E. adtunc & ibm palam & publice & in magnum contempt' ejusdem Curie & contra cons ejusdem Manerii officium illud acceptare & exercere omnino recusabit sine aliqua causa ronabili in contrar' inde per ipsum adtunc & ibm Cur' predict' osten ob quod predict' tunc Senescallus finem 100 solidorum pro contempt' in eadem Cur' super eundem E. adtunc & ibm imposuit Et iidem A. P. & G. ulterius dic' quod infra Manerium predict' hetur & a toto predict' tempore cujus contrarii memoria hominum non existit talis hebatur consuetudo usitat' & approbat' videlicet quod Dñus Manerii predict' pro tempore existen per Ballivum suum ejusdem Manerii pro tempore existen virtute precepti eidem Ballivo per Senescall' Manerii predict' pro tempore existen in ea parte direct' usi fuer' & consuever' distringere bona & Catalla infra manerium predict' invent' alicujus persone super quam aliquis finis per Senescallum Maner predict' in Cur' vic' Franc' Pleg Manerii predict' pro aliquo delict' vel contempt' impoit' fuerit pro fine pdicto Idemque Ballivus bona & Catalla sic per ipsum pro fine predict' nomine districcônis in forma pdict' capt' & district' pro non solucône hujusmodi finis predict' in manibus suis per spacium 15 dierum tunc prox' sequen salvo custodire ac ad aliquod tempus post eosdem 15 dies bona & Catalla illa sic capt' & district' vendere ad finem pdict' de denariis inde provenien ad usum Domini Manerii predict' levare & resid denariorum de bonis & Catallis pdict' sic capt' district' & vendit' provenien parti super quam finis predict' sic impoit' foret reddere & deliberare per totum tempus predict' usus fuit & consuevit Et iidem A. P. & G. ulterius dic' quod predict' tunc Senescallus Manerii predict' postea & ante predict' tempus quo &c. scilt pdicto die &c. Anno &c. supradicto apud S. predict' fecit quoddam warrant' suum sub sigillo suo sigillat' prefat' A. adtunc et adhuc Ballivo pdictorum Majoris et Coitatis & Civium Civitat' London Manerii sui pdict' litime deputat' existen dircum ei per warrant' illud mandans quod ipse pdict' Centum solidos de fine pdict' super predict' E. C. pro contempt' suo predict' in forma predict' impoit' de bonis et Catallis predict' E. infra Manerium predict' & precinct' Cur' vic' Franc' Pleg predict' tent' apud S. predict' secundum cons Manerii predict' invent' ad usum predict' Majoris & Coitatis ac Civium Civitatis London levaret virtutis cujus quiden warranti idem A. existens ut predictum est Ballivus predict' Majoris & Coitatis ac Civium Civitat' London Manerii sui predict' Ac predicti P. G. & G. F. ut servien ipsius A. & ejus auxilium per precept' ipsius A. pro debita execucône Warranti predict' fiend postea scilt predicto tempore quo &c. in predictam domum predicti E. in predicta parochia Sancti &c. ac infra Manerium

pdict'

predict̄ & precinct̄ Curie vis Franc̄ pleg predict̄ existen̄ per ostia ejusdem domus tunc apert̄ existen̄ intraverunt & requisiverunt predictum E. ad solvend̄ predict̄ 100s. pro fine predict̄ debit̄ qui quidem E. adtunc & ibidem eosdem 100s. solvere omnino recusavit super quo predict̄ A. R. & G. bona & Catalla predict̄ Edwardi ibidem in eadem domo invent̄ nomine destrictionis p predict̄ 100s. de fine predict̄ super predictum E. in forma predict̄ impositur ceperunt & asportaverunt ad eosdem 100s. de fine predict̄ juxta exigenc̄ Warranti predict̄ inde levand̄ prout eis bene licuit que quidem bona & Catalla in manibus ipsius A. pro defc̄u emptorum adhuc remanent que quidem intracio domus predict̄ ac captio & asportatio bonorum & Catallorum predictorum ex causa predict̄ in forma predict̄ fact̄ sunt eadem fractio domus & captio & asportatio bonorum & Catallorum predict̄ unde p̄dict̄ E. superius se modo queritur Et hoc parat̄ sunt verificare unde &c.

¶ Et predict̄ Johannes quoad aliquam transgr̄ in predict̄ 10 acris & dimid̄ unius acre prati superius de novo assign̄ superius fieri supposit̄ dicit qd predict̄ T. acc̄o non: quia dicit qd ante predict̄ tempus quo supponitur transgress̄ predict̄ fieri quidam Johannes Freeman fuit seisitus de una pecia prati cum pertin̄ in Finingham p̄dict̄ continen̄ per estimacionem unam Rodam in dominico suo ut de feodo Idemque Johannes Freeman & omnes illi quorum statum idem Johannes Freeman modo habet & predict̄ tempore quo &c. habuit in predicta pecia prati cum pertin̄ habuer̄ & a tempore cujus &c. habere consueverunt pro se firmariis & tenen̄ suis ejusdem pecie prati quandam viam ducen̄ ab eadem pecia prati trans unam peciam prati Johannis Fryer in F. p̄dict̄ & abinde trans unam pec̄ prati R. F. in F. p̄dict̄ & abinde trans unam pec̄ prati nuper cujusdam J. B. in F. p̄dict̄ & abinde trans unam pec̄ prati F. Talbot superius de novo assign̄ & abinde trans unam pec̄ prati cujusdam J. D. in F. predict̄ & abinde trans unam peciam prati T. Colly in F. predict̄ & abinde trans unam peciam prati p̄dict̄ R. F. in F. predict̄ usque quandam peciam pasture continen̄ per estimacionem novem acras jacen̄ in F. p̄dict̄ vocat̄ F. Greene Ac a p̄dict̄ pecia pasture voc̄ F. Greene trans ultimam peciam prati predict̄ R. F. & abinde trans p̄dict̄ peciam prati p̄dicti T. Colly & abinde trans predict̄ pec̄ prati p̄dict̄ D. F. & abinde trans predict̄ peciam prati predict̄ F. Talbott superius de novo assign̄ & abinde trans predict̄ peciam prati nuper predict̄ J. C. & abinde trans predict̄ peciam prati predict̄ R. F. & abinde trans predictam peciam prati predict̄ J. F. ad cariand̄ & recariand̄ omnia & omnimoda & ad fugand̄ & refugand̄ omnia et omnimod̄ averia sua a predict̄ pecia prati J. Freeman trans predict̄ pec̄ prati p̄dict̄ J. Fryer & trans predict̄ primam peciam prati predict̄ R. F. & trans p̄dict̄ peciam prati nuper predict̄ J. B. & trans predictam peciam prati predict̄ F. T. superius de novo assign̄ & trans predict̄ peciam prati predict̄ J. D. & trans predict̄ peciam prati predict̄ T. C. & trans predict̄ ultimam peciam prati predict̄ R. F. usque predictam peciam pastur̄ vocat̄ F. Greene singulis annis ad libitum suum post falcac̄onem herbe in predicta pecia prati ejusdem J. Freeman crescen̄ usque ad ver (Anglice the spring time) prox' sequen̄ tanquam ad eandem peciam prati ejusdem J. Freeman pertinen̄ Idemqz J. Freeman sic de predict̄ pecia prati continen̄ unam rodam cum pertin̄ seisit̄ existen̄ ante p̄dict' tempus quo &c. scilicet tali die & Anno apud F. predict̄ dimisit eidem Jo. Jackson predict̄ peciam prati cum pertin̄ continen̄ unam rodam habend̄ & occupand̄ a Festo Sancti Michaelis Archi tunc prox' sequen̄ usque finem & terminum 21 annorum tunc prox' sequen̄ & plenarie complend̄ virtute cujus dimissionis Idem Jo. Jackson in predictam peciam prati continen̄ unam rodam cum pertin̄ ante predictum tempus quo &c. intravit & fuit inde possessionat̄ Et idem Jo. Jackson ulterius dicit quod ante p̄dict̄ tempus quo &c. scil't (tali die & Anno) herba in p̄dict̄ pecia prati cum pertin̄ continen̄ unam rodam falcat̄ fuit per quod idem J. Jackson post falcacionem illam & ante ver tunc prox' sequen̄ scil't p̄dicto tempore quo &c. fugabat averia sua predict̄ a predict̄ pecia pasture vocat̄ F. Greene trans predict̄ ultimam peciam prati predict̄ R. F. & abinde trans predict̄ peciam prati p̄dict̄ T. C. & abinde trans predict̄ peciam prati predict̄ J. D. Et abinde trans p̄dictam peciam prati p̄dict̄ F. T. superius de novo assign̄ & abinde trans p̄dict̄ peciam prati nuper dicti J. C. & abinde trans predictam primam peciam prati predict̄ R. F. & abinde trans predict' peciam prati J. F. usque predict̄ peciam prati ejusdem J. Freeman ad herbam in eadem pecia prati tunc crescen̄ depascend̄ & ab eadem pecia prati ipsius J. Freeman trans predict̄ peciam prati p̄dict' J. Fryer & abinde trans predict̄

Prescriptio pro via pertinen' pecie prat'. F. fuit seisit' & habuit viam ad cariand' et fugand' a tempore falcac' usque ver.

F. dimisit def' per quod ipse post falcac' herbe fugavit averia utendo viâ suâ.

Averia in fugando casualiter momorder' herbam et contra volunt' def'.

primam peciam prati R. F. & abinde trans predict' peciam prati nuper predict' J. C. &c. ut antea usque ad predict' peciam pasture vocat' F. Green utendo via sua fugabit prout ei bene licuit & in fugando averia illa ultra herbam in eadem acra & dimid prati ipsius T. tunc crescen casualiter momorder' que quidem fugacio averiorum & morsus herbe predict' in fugand averia predict' per eandem viam sunt eadem fractio Clausi predicti ac depast' conculcacio & consumpcio herbe predict' unde predict' T. superius se modo queritur Et hoc &c. unde pet' Judm si acc'o &c.

De injur' sua propr' et traversat prescription.

Precludi non: quia dicit quod predict' Johannes Jackson die & Anno supradict' in narracione predict' superius specificat' vi & armis &c. de Injur' sua propria Clausum ipsius T. apud F. pdict' fregit & herbam suam ad valentiam &c. ibidem nuper crescen cum averiis predict' depast' fuit conculcavit & consumpsit contra pacem dicte Domine Regine prout ipse superius versus eum queritur Absque hoc quod predict' Johannes Freeman & omnes illi &c. & travers le pscription tanquam ad eandem peciam prati ejusdem Johannis Freeman ptinen put &c.

Et pdict' Johannes Jackson ut prius dicit qd pdict' J. Freeman & omnes illi &c. issue sur prescription.

Duo def' obier' post ult' continuationem.

¶ Et pdict' T. H. J. & A. p L. H. Attorn suum ven & defend vim et Injur' quando &c. Et pet' licenciam &c. Et continuatur usque in Octab sci Hillarii Anno 37. Ad quem diem hic ven tam pdict' Willielmus quam pdict' T. & J. p Attorn suos pdict' Et pdict' H. & A. non ven Et sup hoc pdict' W. dicit quod post ultimam continuacionem placiti pdict' scilicet post pdict' Octab sancti Hillarii ultimo pterito de quo die loquela predict' ult' continuat' fuit hic usque ad hunc diem scil't pdict' Octab Sancti Hillarii & ante hunc diem scilicet primo die Januarii ult' apud H. pdict' obiit Et quia pdict' T. & J. hoc non dedic' Ideo nullus pces nec aliquid aliud versus pfat' H. & A. in pdict' placito ulterius fiat &c. sup quo idem W. pet' qd pdict' T. et J. ad brevē & narrationem sua pdict' respondeant &c.

Un' def' quoad part' non cul'.

Et pdict' T. & J. ut prius defend vim & Injuriam quando &c. Et quoad venire vi et armis nec non totam transgr' pdict' pter fractionem Clausi pd conculcacionem & consumpcionem herbe pdict' pstracionem Januarum & sepium pdict' ac capcionem & asportacōem unius pecie ligni vocat' a pole de pdict' dimid Carectat' subbosci in narracōne pdict' supius specificat' p ipsum T. supius fieri supposit' dicit qd ipse in nullo est inde culpabilis put pdict' Willielmus supius versus eum inde queritur Et de hoc ponit se sup Patriam Et pdict' Willielm' siliter Et pdict' Johannes quoad venire vi & armis necnon totam transgr' pdictam pter fractionem Clausi pdict' conculcacionem et consumpcōnem herbe pdicte et pstacōnem Januarum & sepiū predictarum p ipsos T. & J. supius fieri supposit' Iidem T. et J. dicunt qd pdict' Willielmus actionem suam pdict' inde versus eos habere non debet quia dic' qd Clausum pdict' necnon loci in quibus supponitur transgr' pdict' fieri sunt et pdicto tempore quo supponitur transgr' illam fieri fuer' 10 acr' pasture voc' Grubclose cum pertin in H. predict' que quidem 10 acr' pasture cum pertin sunt & pdicto tempore quo &c. fuer' solum et liberum tenementum ipsius T. per quod idem T. in Jure suo proprio ac predict' J. ut serviens ipsius T. et per ejus pcept' eodem tempore quo &c. Clausum pdict' ut Clausum ac solum et liberum tenementum ipsius T. propr' in pdict' 10 acras pasture fregerunt et herbam pdictam ut herbam ipsius T. propr' super pdict' decem acris pasture ut super solo et libero tenemento ipsius T. propr' tunc crescen pedibus ambulando conculcaverunt et consumpserunt ac janvas et sepes predict' ut Januas et sepes ipsius T. propr' ibidem nuper erectas prostraverunt prout eis bene licuit Et hoc parat' sunt verificare unde pet' Judicium si acc'o &c. Et predict' T. quoad capcōnem et asportacōnem predict' subbosci vocat' a pole superius fieri suppoit' idem T. siliter dicit quod predict' Willielm' accōnem suam pdict' inde versus eum habere seu manutenere non debet quia dic' quod predict' Willielm' die et Anno supradict' vi et armis in ipsum T. apud H. pdict' cum pdict' pecia subbosci vocat' a pole insult' fecit ipsumq; T. cum eadem pecia subbosci adtunc et ibidem percussit et ipsum T. cum eadem pecia subbosci quam pdictus Willielmus in manibus suis tunc ibidem tenuit ulterius verberasse vulnerasse et maletractasse voluisset per quod idem T. seipsum erga pfat W. adtunc et ibidem defendebat et pro meliori defensione sua in ea parte idem T. adtunc et ibidem predict' peciam subbosci extra manus predict' W. cepit et illam cuidam. S. H. tunc Constabulario v'lle de H. pdict' existen et adtunc et ibidem psent' pro meliori custodia pacis ibidem deliberavit prout ei bene licuit que sunt eadem capco et

Simile pro altero def' ad alteram partem.

Le common bar' joyntment pro parte.

Pro resid' unus def' justifie r'one insult' quer'.

Def' cepit pred' pec' subbosci voc' a pole extra manus quer' et deliberavit Constabular' pro meliori custodia pacis.

et asportac'o p̄dicte pecie subbosci unde p̄dictus Willielmus superius versus eum se modo inde queritur Et hoc &c. unde Judicium et acc'o inde &c.

Et p̄dict' Willielmus quoad p̄dictum placitum p̄dictorum T. et J. quoad fractionem Clausi predict' conculcac'onem et consumpc'onem herbe p̄dict' ac p̄strac'onem Januarum et sepium p̄dictarum factarum superius in barr' pl'itat' dic' quod ipse per aliqua in eodem placito inde p̄allegat ab actione sua p̄dict' inde versus eos habend' precludi non debet quia dicit quod clausum predict' nec non loci in quibus fracc'o clausi predict' conculcac'o et consumpc'o herbe p̄dict' ac prostracio Januarum et sepium p̄dictarum unde ipse superius se modo queritur facta fuit sunt et predicto tempore transgr' illius facte fuerunt unum Clausum pasture vocat' Crowches continen' per estimac'onem octo acras cum pertin' in H. predict' al' quam p̄dict' decem acre pastur' vocat' G. cum pertin' in barra p̄dictorum T. et J. inde superius specificat Et hoc parat' est verificare unde ex quo p̄dict' T. et J. ad fracc'onem Clausi predict' ac conculcac'onem et consumpc'onem herbe predict' ac prostrac'onem Januarum et sepium p̄dictarum in predicto clauso pasture superius de novo assign' fact' superius non respond' idem Willielmus petit Judicium et dampna sua occasione transgr' illius sibi adjudicari &c. Et quoad p̄dictum placitum predict' T. de capc'one et asportac'one p̄dict' pecie subbosci vocat' a pole fact' superius in barram pl'itat' idem W. dic' quod ipse per aliqua in eodem placito p̄allegat ab acc'one sua p̄dict' inde versus eundem T. habend' p̄cludi non debet quia dicit quod p̄dictus T. simul &c. p̄dicto 20 die Maii Anno 33. supradicto vi & armis de Injur' sua propria et absq; tali causa per eundem T. superius inde placitando allegat' p̄dictam peciam subbosci vocat' a pole ipsius W. apud H. p̄dict' inde invent' cepit & asportavit contra pacem dicte domine Regine nunc prout ipse superius versus eum queritur Et hoc pet' quod inquiratur per p̄ria' Et p̄dict' T. inde similiter &c. | Novel assign quoad part del trespas. | Exit' de son tort demesne ad justificaciona.

Et predict' T. et J. quoad fracc'onem Clausi predict' conculcac'onem et consumpc'onem herbe p̄dict' ac p̄strac'onem Januarum et sepium p̄dict' in p̄dict' Clauso pasture superius de novo assign' superius fieri supposit' dicunt quod p̄dc'us Willielmus acc'onem suam predict' inde versus eos habere non debet quia dic' quod predict' Villa de H. est antiqua Villa quodq; ipsi iidem T. et J. sunt et 11 die Maii Anno Regni d'ne Domine Regine nunc 33. supradicto fuer' Inhabitan' infra p̄dict' Villam de H. p̄dict' Et Parochiani parochie de H. predict' quodq; omnes et singuli Parochiani Parochie illius pro tempore existen' a tempore cujus &c. usi fuerunt et consueverant ad libitum suum annuatim Infra dies Rogac'onis Anglice (vocat' the Rogation dayes) ire et pambulare p' et trans p̄dictum clausum pasture sup'ius de novo assign' in pambulac'one parochie p̄dict' facien' per quod iidem T. et J. p̄dicto 11 die Maii existen' uno dierum Rogationum (vocat' the Rogation dayes) in Anno 33. supradict' adtunc ut p̄fertur existen' parochiani ejusdem parochie una cum aliis parochian' parochie illius iverunt & transiverunt trans Clausum p̄dictum superius de novo assign' perambulac'one illa facien' & in transeundo Clausum illud herbam p̄dictam ibidem tunc cresce' pedibus ambulando conculcaver' & consumpser' Et quia p̄dictus Willielmus p̄dict' 11 die Maii Anno 33. supradicto obstruxisset viam p̄dict' in p̄dicto Clauso superius de novo assign' cum sepibus & Januis p̄dictis in via pambulac'onis p̄dict' erect' Iidem T. & Janias & sepes illas prostraverunt utendo via perambulacionis p̄dict' prout eis bene licuit Absq; hoc quod iidem T. & J. sunt inculpabiles de transgr' p̄dict' quoad fracc'onem Clausi p̄dict' conculcac'onem et consumpc'onem herbe p̄dict' ac p̄strac'onem Januarum & sepium p̄dictarum superius de novo assign' ante vel post p̄dict' 11 diem Maii fact' prout p̄dictus Willielmus superius versus eos queritur Et hoc parat' sunt verificare unde pet' Judicium si p̄dict' Willielmus Acc'onem suam predict' inde versus eos habere debeat &c. | Justific' al novel Assign pur chimin en Rogacion weeke. Sil'e P.42. El. ro. 134. quer' repl. quod fuit via pedestris ibidem pro perambulacion: diebus Rogacion' quodque transf. fact fuit extra viam Et exit' sur ceo. | T. 11. J. ro. 3040. Absque hoc quod sunt cul' ante vel post talem diem.

Et p̄dictus Willielmus dicit quod placitum p̄dictum p̄dictorum T. & J. sup'ius rejungend' in barra nove assign' p̄dict' pl'itat' ac materia in eodem placito content' minus sufficien' in lege existit ad ip'um Willielmum ab acc'one sua p̄dict' de fracc'one Clausi predict' conculcac'one & consumpc'one herbe predict' necnon prostrac'one Januarum et sepium p̄dictarum in p̄dicto Clauso pasture sup'ius de novo assign' versus p̄fat' T. & J. habend' p̄cludend' quodq; ipse ad placitum illud modo et forma p̄dict' placitat' necesse non habet nec per legem terre tenetur respondere Et hoc paratus est verificare unde p' defect' sufficien' placiti p̄dict' T. & J. in hac parte idem Willielmus pet' Judicium et dampna sua occasione transgr' illius sibi adjudicari &c. | Moratur in lege ad rejunctionem.

Joynder en demurr'.

Et p̄dict' T. et J. Ex quo ipsi sufficien materiam in lege ad p̄dictum Willielmum ab actione sua p̄dict' de fractione Clausi predict' & conculcacone herbe p̄dict' necnon pstracone januarum & sepium p̄dictarum in p̄dicto Clauso pasture superius de novo assign superius fieri supposit' versus ipsum Willielmum habend pcludend superius in barra nove assign predicte allegaverunt, quam ipsi parat' sunt verificare, quam quidem materiam predictus Willielmus non dedic' nec ad eam aliqualiter respond set verificaconem illam admittere omnino recusavit ut prius per Judicium et quod predictus Willielmus ab accone sua predict' versus eos habendum precludatur &c. Et quia Justic' hic se advis' volunt &c. Judicium pro querente pro defectu verborum p̄dictorum viz. (predictam predictis.)

H. 34. El. ro. 1152. Regina fuit seisit et per literas paten' dimisit al Rw. pro annis.

Et p̄dict' S. A. & C. quoad aliquam transgr' in predict' tenitis cum pertin de novo assign superius fieri supposit' dic' quod predict' Johannes Acco non quia dic' quod diu ante predictum tempus quo supponitur transgr' predict' fieri Domina Regina nunc fuit seisit' de tenitis predict' cum pertin de novo assign in Dominico suo ut de feodo in Jure Corone sue anglie Et sic inde seisit' existen eadem Domina Regina ante p̄dict' tempus quo &c. scilt' quarto die Maii Anno Regni sui 10. apud Westm in Com Midd per literas suas paten quas iidem S. A. & C. sub magno sigillo suo Anglie sigillat' hic in Cur' pfert quarum dat est apud Westm p̄dict' eisdem die & Anno dimisit predicta tenita de novo assign cum pertin inter alia cuidam Roberto Wiseman gen habenda & occupand sibi executoribus & Assignat' suis a festo Sancti Michaelis Archi quod esset in Anno Domini 1577. usque finem & terminum 21. Annorum ex tunc pror' sequen & plenarie complend quarum quidem literarum patentium pretextu p̄dictus Robertus fuit de statu & interesse termini p̄dict' de & in tenitis p̄dict' de novo assign cum pertin possessionat' Et sic inde possessionat' existen ante predict' tempus quo &c. scil't p̄dicto 20 die Septembris Anno Regni dicte Domine Regine nunc 13. apud Petham predict' concessit totum statum interesse & termin Annorum sua de & in tenitis p̄dict' cum pertin cuidam Rogero Rymer virtute cujus concessionis idem Rogerus fuit possessionat' de interesse predict' Et sic inde possessionat' immediate post p̄dictum festum sc'i Michis Archi Anno Domini 1577 supradicto in tenita p̄dict' de novo assign cum pertin intravit & fuit inde possessionat' Et sic inde possessionat' existen idem Rogerus ante predictum tempus quo &c. scilicet ultimo die D. Anno Regni dc'e domine Regine nunc 20. apud P. p̄dict' dimisit tenita predict' de novo assign cum pertin Cuidam Christofero Brett habend & occupand eidem Christofero Executoribus & Assignat' suis a festo sancti Mich's Archi tunc pror' sequen usque finem & terminum 20 annorum ex tunc pror sequen & plenar' complend & finiend virtute cujus dimissionis idem C. Brett ante predict' tempus quo &c. in tenementa predict' de novo assign cum pertin intravit & fuit inde possessionat' Et sic inde possessionat' existen idem Christoferus ante p̄dict' tempus quo &c. scilicet secundo die Marcii Anno Domini 1599 apud P. predict' condidit testamentum suum in scriptis Et R. B. filium suum Executorem testamenti sui predict' constituit et ordinavit & postea ibidem obiit de tenitis predict' de novo assign cum pertin in forma p̄dict' possessionat' post cujus mortem & ante p̄dict' tempus quo &c. p̄dict' R. B. in tenementis predict' de novo assign cum pertin intravit & fuit inde possessionat' virtute execuconis testamenti predicti Et sic inde possessionat' existen idem R. B. ante predictum tempus quo &c. scilicet secundo die Aprilis Anno Regni dicte Domine Regine nunc 33 apud P. p̄dict' condidit testamentum & ultimam voluntat' sua in scriptis ac quosdam R. D. & C. S. executores testamenti sui predict' constituit & ordinavit Et per eadem Testamentum & ultimam voluntatem sua dedit & legavit totum statum interesse & terminum Annorum sua que tunc ipse habuit ventur' de & in tenitis predict' de novo assign cum pertin cuidam Ricardo Brett fratri suo ad Festum sc'i Michaelis Archi tunc pror' sequen post confecconem testamenti predict' Et postea scilicet 16 die Aprilis Anno Regni dicte Domine Regine nunc 33. supradicto apud P. predict' obiit de tenitis p̄dict' de novo assign cum pertin in forma p̄dict' possessionat' post cujus mortem & ante p̄dict' tempus quo &c. scil't 21 die Aprilis Anno Regni dicte domine Regine nunc 33 supradicto iidem R. D. & C. S. executores testamenti predict' apud P. predictam concesserunt totum statum interesse & terminum Annorum sua de & in tenementis predictis de novo assign cum pertin prefat' R. Brett virtute cujus concessionis idem Richardus Brett in tenementa predict' de novo assign cum

R.W. concess. stat. R.K.

K. dimise al B.

B. fec' R. executor.

Qui fec' exec' et legavit terminum al R. fratri suo post tale festum.

exec' concess. Stat. al R.

cum pertin intrabit & fuit inde possessionat' Et sic inde possessionat' existen idem Ric'us Brett postea & ante predict' tempus quo &c. scilicet 23 die Aprilis Anno Regni dicte domine Regine nunc 33 supradicto apud P. predict' concessit totum statum Interesse et termin annorum sua que ipse tunc habuit ventur' de & in tenementis predict' cum pertin de novo assign prefat' S. S. virtute cujus concessionis idem Stephanus ante predictum tempus quo &c. in tenta predict' de novo assign cum pertin intrabit Et fuit inde possessionat' Et predictus Johannes Coleman clam tenementa predict' de novo assign cum pertin colore cujusdem Carte dimissionis sibi inde fact' pro termino vite sue per predictum Rogerum Rymer ante dimissionem predict' R. W. inde in forma predict' fact' ubi nichil eorundem tentorum cum pertin in possessione predict' Johannis per Cartam illam unquam transivit in eadem tenta de novo assign cum pertin ante predictum tempus quo &c. intrabit super cujus quidem Johannis possessionem inde idem Stephanus in Jure suo proprio ac idem A. et C. ut servient' Ipsius S. & per ejus precept' predict' tempore quo &c. in eadem tenta de novo assign cum pertin reintraverunt & herbam predictam ad valenciam &c. in eisdem tunc crescen cum averiis predict' depast' fuerunt conculcaverunt & consumpserunt ac solum predictum ibidem cum carucis predict' subverter' prout eis bene licuit Et hoc parat' sunt verificare unde &c. — Qui concess. stat. def. — Color ad novel assign'.

Et predict' Johannes dicit quod ipse per aliqua preallegat' ab accione sua predict' de transgr' predict' in tentis predict' superius de novo assign fact' habend precludi non debet quia dicit quod bene & verum est quod diu ante predictum tempus transgr' predicte facte dicta Domina Regina nunc fuit seisitus de tentis predict' cum ptin superius de novo assign in dominico suo ut de feodo in Jure Corone sue Anglie Et sic inde seisit' existen p predictas literas suas paten dimisit tenta predict' superius de novo assign cum pertin inter alia prefat' R. Wiseman habend & occupand sibi executoribus & Assignat' suis a predicto festo sancti Michis Archi quod esset in Anno Domini 1577 supradict' usque finem & terminum predict' 21 annorum ex tunc prox' sequen & plenarie complend & finiend Ac quod idem R. Wiseman de eisdem tentis de novo assign virtute dimissionis illius possessionat' existens ante predictum tempus quo &c. concessit totum statum interesse & terminum Annorum sua de & in eisdem tentis cum pertinen superius de novo assignat' prefat' Rogero Rymer ac quod idem Rogerus de eisdem tenementis cum pertin de novo assign virtute concessionis illius possessionat' existens ante predictum tempus quo &c. dimisit tenta predict' cum ptin superius de novo assign prefat' C. Brett habend et occupand eidem Christofero Executoribus et Assignat' suis a predicto Festo sancti Michis Archi tunc prox' sequen usque finem & terminum 20 annorum extunc prox' sequen & plenarie complend Ac quod idem C. Brett postea et ante predict' tempus quo &c. de tentis predict' cum pertin de novo assign virtute dimissionis illius possessionat' existen condidit testamentum suum predictum in scriptis Ac prefat Robtum Brett filium suum Executorem Testamenti sui predict' constituit et ordinavit Ac quod idem Robtus Brett postea & ante predict' tempus quo &c. de tentis predict' de novo assign cum pertin possessionat' existen similiter condidit testamentum suum predictum in scriptis ac predict' R. D. & C. S. executores testamenti sui predict' constituit & ordinavit Ac quod idem R. Brett per idem testamentum suum dedit et legavit totum statum Interesse & terminum Annorum sua de & in tentis predictis de novo assign cum pertin prefat' Richardo Brett fratri suo Ac quod predicti R. D. & C. S. concesserunt totum statum interesse & terminum Annorum de & in tentis predict' de novo assign cum pertin eidem Richardo Brett prout predict' S. A. & C. superius allegaverunt set idem Johannes Coleman ulterius dicit quod predict' Richardo Brett de tentis predict' cum pertin superius de novo assign inter alia sic possessionat' existen idem Richardus Brett postea et ante predict' tempus quo &c. scil't 27 die Aprilis Anno Regni dicte domine Regine nunc 33 supradicto apud Petham predict' concessit totum statum interesse & terminum Annorum sua de & in tentis predict' cum pertin superius de novo assign inter alia eidem Johanni Coleman virtute cujus concessionis idem J. C. postea et ante predict' tempus quo &c. in tenementa predicta cum pertin superius de novo assign inter alia intrabit & fuit inde possessionat' quousque predict' S. A. & C. predicto 10 die Octobr' Anno 33 supradicto vi & armis Clausum ipsius J. Coleman apud P. predict' fregerunt & herbam suam ad valenciam &c. ibidem nuper crescen cum averiis predict' depast' fuer' conculcaver' & consumpser' ac solum — Repl. — Bene et verum est R.B. fuit possess qui concessit stat' quer' Absque hoc quod concessit stat' def.

solum suum pdictum cum carucis pdictis subverterunt contra pacem dicte Domine Regine nunc put ipse supius versus eos queritur Absque hoc quod pdictus Richardus Brett concessit totum statum interesse & termin Annorum sua de et in teñtis pdict' cum ptin supius de novo assign p̄fato S. modo et forma put pdict' S. A. et C. supius allegaverunt Et hoc parat' est verificare unde ex quo pdict' S. A. et C. transgr' pdict' in teñtis pdictis supius de novo assign factam supius cogn' idem Johannes Coleman per Judicium et dampna sua occasione transgr' sibi adiudicari &c.

Et pdict' Stephus Alveredus & Christopherus ut prius dicunt quod pdictus R. Brett concessit totum statum interesse & terminum Annorum sua de et in teñtis pdict' cum ptin supius de novo assign p̄fat' S.S. modo et forma put ipsi superius allegaverunt Et de hoc pon se sup priam &c.

P.20 Els. com. def. justif. seisur' de bove per heriot custome. I. fuit seis. et tenuit de E. ut de Manerio per fidelit' reddit' et sect. Cur.

Et pdict' L. et S. quoad aliquam transgr' in pdict' 4. acris pasture de novo assign supius fieri suppoit' dic' quod pdict' A. acc'o non quia dic' quod diu ante pdict' tempus quo supponitur transgr' fieri quedam J. L. vidua fuit seisita de uno mesuagio 200 acris terre 80 acr' prati et 200 acris pasture cum ptin in A. juxta B. Com in pdicto in Dominico suo ut de feodo Et eadem teñta cum ptinen tenuit de quodam E. A. Armigero ut de Manerio suo de B. cum ptin in Com pdict' p fidelitat' et reddit' 40 s. singulis An ad Festa Purificacionis &c. sancti Michis &c. per equales porciones solvend Et p servicium faciend sectam ad Curiam ipsius E. A. Manerii sui pdict' de tribus septimanis in tres septimanas apud Manerium illud annuatim tenend de quibus serviciis pdict' E. fuit seisitus p manus pdict' Johannis ut p manus veri tenen sui videlicet de fidelitat' et secta Cur' pdica ut de feodo et Jure Ac de reddit' pdict' in dominico suo ut de feodo Et ulterius iidem L. & S. dicunt quod pdict' E. et omnes illi quorum statum idem E. modo habet Et pdicto tempore quo &c. habuit in Manerio pdict' cum ptin Domini Manerii pdict' existen a tempore cujus contrarii &c. habuer' et habere consueverunt de quolibet tenen Manerii predict' qui aliquod mesuagium seu aliqua mesuagia de Domino Manerii predict' ut de eodem Manerio tenuit Et idem mesuagium sive eadem mesuagia alicui persone sive aliquibus psonis alienaverit p quolibt mesuagio in forma pdict' alienat' optimum animal quod fuerit hujus tenen nomine herriot custome quodque idem E. & omnes illi quorum statum idem E. modo habet et pdicto tempore quo &c. habuit in Manerio pdict' cum pertin Domini Manerii pdict' existen a toto tempore supradicto usi fuerunt et consueverunt seisiri humōi optim Aial' quod fuerit humōi tenen tempore humōi alienac' facte vel tempore quo humōi aial' seisiverunt ubicunque tale Aial' invent' fuerit Et iidem L. et S. ulterius dic' qd pdict' J. de Teñtis pdict' in forma pdicta seisit' existen Ac pdicto E. de Manerio pdicto cum ptin in forma predict' seisit' existen quidam finis levavit in Curia Domine Regine nunc hic scilicet apud Westm tali retorn et tali Anno coram J. Dyer R. Manwood & R. Munson tunc Justic' et al' ejusdem Domine Regine fidelibus tunc ibi p̄sentibus inter quosdam R. T. W. &c. quer' Et pdict' J. de tenementis pdict' cum pertin inter alia per nomina &c. Et p̄terea eadem J. concessisset pro se & heredibus suis quod ipsi warran pdict' R. W. &c. et hered ipsius R. teñta pdict' cum pertin contra omnes homines imperpetuum per quam quidem alienac'onem per finem pdict' in forma predicta factam accidit pd E. A. adtunc & adhuc Domino Manerii pdicti existen optimum Aial' quod fuerit pdict' J pro herriot custum Et iidem L. & S. ulterius dicunt quod pdict' J. tempore levacionis finis pdict' fuit possessionat' de bono pdict' ut de bono suo proprio Et sic inde possessionat' existen eadem J. postea et ante predictum tempus quo &c. cepit in virum predict' A. per quod idem A. fuit de bono pdict' possessionat' Et sic inde possessionat' existen ante pdictum tempus quo &c. posuit bovem pdict' in pdict' quatuor acr' pasture de novo assign ad herbam ibidem tunc crescen depascend Et quia herriot pdict' pro alienacione predict' per finem pdict' in forma pdict' fact' p̄fat' Edwardo predicto tempore quo &c. non fuit reddit' & deliberat' iidem L. & S. ut servien pdict' E. A. & per ejus p̄cept' postea scil't eodem tempore quo &c. bovem pdictum in eisdem 4 acris pasture de novo assign adtunc invent' ut optimum Aial' quod fuit pdict' J. nomine herriott custom ad usum pdict' E. A. seisiverunt ceper' & abduxerunt prout eis bene licuit Et hoc &c. acc'o &c.

Custom' perseisure de Heriot urchescum Alienacion.

Fin. levat' de teñ per quod accidit domino pur Her.

I. fuit possess. de bove predicto et et cepit in virum quer'.

Def. seisvit bovem pro heriot Custom.

Prec'di non quia protestando quod pdict' E. & omnes illi quorum statum idem E. modo habet & pdicto tempore quo &c. habuit in Manerio pdicto cum pertin domini Manerii pdict' existen a toto tempore supradict' non habuerunt nec habere consueverunt

runt de quolibet teneñ Manerii pdict' qui aliquod mesuagium sive aliqua mesuagia alicui persone sive aliquibus personis alienaverit pro quolibet mesuagio in forma predicta alienat' optimum Aial' quod fuit humōi teneñ nomine herriot custome prout pdict' L. & S. superius allegaverunt pro placito dic' quod antequam pdict' E. aliquid habuit in Manerio pdicto cum pertineñ & ante pdict' tempus transgr' predicte facte quidam T. B. miles Comes Ormond fuit seisitus de eodem Manerio cum pertiñ in dominico suo ut de feodo quodque diu antequam pdict' J. uxor ipsius A. aliquid habuit in predict' 4 acris pasture de novo assigñ cum pertiñ & ante predictum tempus quo &c. quidam W. W. geñ fuit seisitus de eisdem quatuor acris pasture in dominico suo ut de feodo Et sic inde seisit' existeñ Ac pdicto T. de Manerio predicto cum pertiñ in forma pdict' seisit' existeñ idem T. B. postea & ante pdict' tempus quo &c. scil't tali die & Anno apud A. juxta B. predictam per quoddam scriptum suum indentat' quod idem J. sigillo ipsius T. signat' hic in Cur' profert cujus dat' est eisdem die & Anno recitand per idem scriptum quod cum predictus Willielmus tunc habuit & tenuit teñta predict' cum pertiñ de eodem T. B. & hered suis ut de Manerio pdict' eidem. T. B. & hered suis per fidelitat' & reddit' 40s. annuatim (ad talia festa) equis porconibus solvend Aceciam sect' Cur' inde ad Manerium predict' de tribus septimanis in tres septimanas confirmavit ratificavit & approbavit statum titulum possessionem et interesse pfat' W. hered & Assignat' suis de ipso T. B. & hered suis per reddit' & servicia supradict' tenend prout per idem scriptum indentat' plenius liquet Cujus quidem Comitis statum de & in Manerio predict' cum pertineñ predict' E. modo habet & predicto tempore transgr' predict' facte habuit in eodem Ac cujus quidem pdicti Willielmi statum de & in tenementis predictis cum pertiñ Idem A. de jure predicte J. uxoris ejus modo habet & predicto tempore quo &c. habuit in eisdem Et hoc &c. si predict' E. aliquod herriott custum̄ de ipso A. in Jure pdicte J. p teñtis predict' contra predictum scriptum indentat' predict' Comitis habere debeat Et hoc &c. unde ex quo pdict' L. & S. transgr' predict' in predict' 4 acris pasture de novo assigñ fact' superius cogñ idem A. per Judicium & dampñ sua occasione transgressionis illius sibi adjudicari &c.

Pro pl'ito, T. fuit seisit' de Manerio et W. de teñtis.

T. confirmavit statum W. cujus statum T. predictus E. modo habet in Manerio.

Cujus W. Statum in tenementis A. quer' habet in jure uxoris I.

¶ Quare vi & armis aggregatis sibi quamplurimis malefactoribus & pacis domini Regis perturbatoribus armatis & modo guerrino arriatis clausum & domum ipsius querentis apud W. ingressi fuerunt & bona & catalla sua ad valenciam 40l. ibidem invent' ceperunt & asportaver' & alia enormia ei intulerunt in domini Regis nunc contemptum & ipsius quer' grave dampnum Et contra pacem domini Regis contra formam statuti inde edit' et proclamacones Regis in hac parte factas &c.

Trespass pur entry en meason le pl't encounter le statute et proclamacions le Roy.

¶ Trin. 22 Jacobi Regis rotulo 2825. Oulston Lanc' ss. Et unde idem T. p &c. queritur quod predictus M. tali die & Anno vi & armis &c. clausum & domum ipsius T. apud W. fregit & herbam suam ad valenciam &c. ibidem nup cresceñ pedibus ambulando conculcavit &c. consumpsit transgr' pdict' a pdc'o primo die Maii Anno 19. supradc'o usque sextum diem Aprilis eodem Anno 19. supradicto diversis diebus & vicibus continuando Et alia &c.

Close et mease debruse ove continuance.

